



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Præbendis. Consilium CCLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

literis nominationis (quæ in ea parte surreptionis vitio laborare nequeunt, *Rebuffus de nominat. q. 2. nu. 52.*) omnino præsumeretur; item de tempore acceptationis: medijs temporis residentia ad hoc possessorum iudicium iustificandum omnino præsumi debet, *c. Quia 28. dist. 1. sed et si s. solemn. de hered. inst. specul. in tit. de fide instrum. s. nunc dicamus sub fin. Cum alioquin ea præsumptio non sit necessaria; quia media tempora, quæ ius omnino non absorberent (quale hoc esset quinque tantum mensium) nocere non solent, d. s. *solemn. & ibi. Doct.**

Quibus omnibus si adijciatur testificatio Magistri D. Reçtoris alenæ Universitatis Lovaniensis, quæ de continuo tempore studij Impetrantis publicam fidem fecit, nullus amplius relinqui potest in definiendo hoc possessio iudicio scrupulus: nam huiusmodi literæ plenæ fidei præsumptionem secum trahunt, nec eis contradici potest, nisi per formalem allegationem falsi; cuius probatio est difficilis, & in summario iudicio minime conicienda, ut eleganter in hoc Nominationis articulo deduxit rector Rebuffus, *in tract. nominat. quest. 1. nu. 3. & 5.* Finem igitur facientes, Amplius Dominorum atque aliorum quorumcumque rectis sententiarum iudicio faivo, in eo constitimus nos infra scripti V. I. Doctores, hanc possessionis causam secundum prædictam Impetrantem definiendâ ac terminandâ esse.

De Prabendis.

SUMMARY.

Nominatio Facultatis Artium.

1. Nominationibus non subijci beneficia reservata vel qualificata.
2. Reservatum beneficium quod dicitur.
3. Thesauraria quid sit, & an a nominato acceptari possit.
4. Nominationibus etiam subijciuntur electiva beneficia.
5. Personatus an sit dignitas.
6. Beneficium non est sine officio.
7. Confirmatio autem propriæ dationi non est.
8. Capitulum potest facere statuta circa sua beneficia.
9. Status ultimus beneficij inspicitur.
10. Valor beneficij constituitur deductis oneribus.
11. Recedentia revocata recedentiarum tenetur ad fructuum restitutionem.
12. Regula Concellaria de infirmis resignantibus obtinet etiam in permutatione apud Ordinarium.

CONSILIUM CCLVII.

NOMINATIONI, quam à Facultate Artium ex indultis Apostolicis ad collationem, electionem, & provisionem Venerabilium Dominorum Decani & Capituli Ecclesiæ collegiatae S. Petri Insulensis obtinuit M. Iulianus le Merchiere Impetrans, plura obijciuntur ex parte Hugonis Destalleurs Opponentis, in causa possessionis pro Thesauraria dictæ Ecclesiæ; præcipue tamen duo. Prius, quod dicta Thesauraria sit incorporatum seu specialiter reservatum beneficium ex Bulla Honorij Papæ ad certum servitium in dicta Ecclesiâ; quodque per literas Placiti seu Concordatorum Caroli Quinti Imp. super dicto indulto nominatio-

nis cautum sit, ne vigore illius acceptentur beneficia incorporata seu specialiter reservata ad aliud quod particulare aut peculiare servitium in Ecclesiâ, in clausula incipiente ne possit, &c. Alterum, quod valor annuorum fructuum & emolumentorum dictæ Thesaurariæ longè excedat taxam in dicta nominationis privilegio præscriptam. Sed utriusque obiectionis exiguus est effectus.

Nam quod ad prius attinet, quamvis verum sit, sub nominationibus non contineri aut cadere beneficium reservatum vel Sedi Apostolicæ effectum, ex generali reservatione in corpore ipsius clausula, ut habet textus & tenor Bullæ nominationis, vel aliter autem unita, aut incorporata, vel qualitatibus certis annexa seu adstricta, *c. Cum accessissent de constit. vel. Rebuff. in tract. nominat. quest. 15. nu. 59. & 32. Felin in cap. Cum ex officio nu. 37. de præscript. q. 1.* a nimirum ipsa incorporatio, & huiusmodi generis reservatio vel tollit beneficium vel conditionem illius restrictorem facit: in neutro tamen genere reservationis constitui potest hæc controversia Thesauraria.

De incorporatione & unione dubitatio nulla est; ut nec Opponents de ea quicquam proponit, & rei evidentia demonstrat contrarium: cum hæc Thesauraria, ut olim semper, ita nunc quoque sit speciale & formale beneficium, perpetuum, & electivum, clerico seculari conferri solitum, in dicta Ecclesiâ Insulensi originaliter fundatum, non aliunde translatum, nec alicui alteri beneficio annexum, quod ad veram incorporationem requiritur, *Felin in c. Translatio de constit. Alex. 705. nu. 114. in causa & lite nu. 19. vol. 4.*

De reservatione quoque speciali, iusta dubitandi causa non est: quippe specialiter reservatum beneficium illud est, cui Papa manus appositæ, illudque vel perpetuum, vel illa vice conferri poterat seu alicui conferri mandatum, *c. Is cui de preb. lib. 6. Quinilian. mandos. ad reg. Cancel. Apostol. in proem. q. 5.* Ita ut reservationis hæc species directè tendat in præjudicium inferiorum Ordinariorum, ad quorum collationem, dispositionem, seu electionem aliqui pertinerent ipsius beneficium, *Rebuff. in præxi benef. lib. 1. tit. de reservat.* Cujus generis aliquam specialem reservationem nec allegat nec profert Opponents: sed profert tantum quandam Honorij Papæ tertij Bullam continentem non aliquam reservationem aut dispositionem circa hanc Thesaurariam, sed nudam confirmationem cuiusdam antecedentis confirmationis, quam inter alia fecit quondam Gelonius Episcopus Tornacensis anno Domini 1266. circa dictæ Thesaurariæ statutum, conditionem, & qualitatem, non tunc primum inventam, aut factam, sed quæ ab antiquo ita semper obtinuerat, ut manifestum sit inde nullâ constitui posse Apostolicam reservationem, nec affectionem, ex qua primordialis natura & conditio beneficij huius ullo modo fuerit mutata: quam mutationem aliqui non præsumunt Papa in dubio velle facere, nisi id omnino exprimat. *c. Querimus in iure patron. Ioan. Calderin. conf. 16. An in reservat. in fin. de preben. In dicta itaque tam Papæ, quam Episcopi Tornacensis confirmatione, nulla alia constituta fuit huius Thesaurariæ qualitas, quam*

3 quàm quæ prius fuerat. † Et tantum abest, ut inde aliqua reservatio aut inductio inducta dici possit, ut magis inde convincatur, nullâ ratione hanc Thesaurariâ vel affectam vel reservatam esse; sed per se esse & officium & beneficium in dictâ Ecclesia Insulensi, quodque obtineri possit per quemcumque clericum. Vt in iure communi est Sacristia, quæ nihil aliud est, quàm hæc Thesauraria, c. De off. sacristæ, & obtineri potest non tantum per Canonicum aut aliter beneficium in eadem Ecclesia, sed etiam per quemcumque alium clericum, *Calderin. conf. 3. An sit sacristia sub tit. de præben.* Ita ut merito cadat sub nominationibus, ex quibus impetrans titulum suum præterit;

4. † quibus non tantum beneficia, sed etiam officia Ecclesiastica & administrationes per Bullam Pontificiam aperte, & diserte subiunguntur, quæ in titulum conceduntur: eo enim casu officia & administrationes iure beneficiorum censentur, obtinentur, & reguntur, *Clem. Quia coning. §. ut ante vers. nisi in illorum De religiof. domib. Rebuff. in tract. nominat. quest. 15. nu. 13.* Itaque in proposito sufficiat, hoc officium & administrationem non esse reservatam aut annexam Canonicatibus, seu præbendis, vel alijs beneficijs dictæ Ecclesiæ, c. Quia sapè in fine de præben. lib. 6. sed ex ordinaria provisione per electionem ad illud assumi posse quemcumque Clericum, sive ejusdem sive alterius Ecclesiæ.

Sed nec ex eo, quod per statutum dicti Capituli & accedentes ad illud Episcopi Tornacensis & Honorij Papæ confirmationes, certa forma electionis ad illam præscripta sit, ut scilicet eam facere debeat Capitulum, præsentem seu vocato, sed non eligente D. Præposito, & quod electus Thesaurarius eidem Præposito fidelitatem & obedientiam exhibere debeat, constitui potest reservatio, aut affectionis aliqua species: nam eâ ratione reservata censerentur omnia electiva beneficia & officia Ecclesiastica, in quorum electione, forma vel à iure communi, vel à statuto, vel à consuetudine præscripta, utique etiam observari debet; & ad eam admitti vel ab ea excludi, quos vel ius commune, vel speciale Capituli statutum seu consuetudo admittit vel excludit, c. Cum ecclesia Viterbana, c. Quia propter c. In genesi & ibi Gloss. De electione. Quod perquam absurdum esset; cum dictis Nominationibus & expectativis gratijs etiam subiiciantur electiva beneficia, ut patet ex tenore dictæ Bullæ, quæ per prædictas literas Placiti, aut Concordatorum ea in parte non reperitur restricta. Neque rursus quia in dictis statuto & confirmationibus declaratur, quod hæc Thesauraria sit in perpetuum personalis in Ecclesia Insulensi, reservatio aut incorporatio aliqua induci vel constitui inde potest: quia sic conditio illius declaratur, quæ qualificat dumtaxat beneficium, non verò afficit aut addicit: nam alioqui omnia beneficia, quæ vel ex ordinatione fundatoris, vel ex forma ab Ordinario data qualificantur, censerentur affecta & reservata; quod valde foret absurdum. Proinde satis est pro usu nominationis beneficij seu officij non esse datam aliquâ qualitatem, quam non habet nominatus: prout in dictis statuto & confir-

Conf. Wamel. Tom. I.

mationibus non est data vel præscripta certa qualitas ex parte personæ eligendæ seu assumendæ ad Thesaurariam; ut interdum præscribi solet conditio, vel qualitas Presbyteratus, nobilitatis, Canonicatus, alterius beneficij vel officij, nationis, vel familiæ, quæ facit, ut carenti eâ qualitate de huiusmodi beneficio, vel officio provideri non possit, c. Cum in ecclesia. cap. Cui de non sacerdotali, De præben. lib. 6. Atque ita sufficit Imperantem esse clericum, & multo magis etiâ sacerdotem, nec aliquid obijci, quod eum incapacem illius faciat; & nè quid hoc, quod beneficij sit dignitatis aut personatus, prout de iure nõ est Thesauraria, nota decis. 173. alijs est 11. de thesauraria De præben. in novis: cum aliquin ex Bullis Clementis Septimi, & Gregorij Decimi tertij Pontificum, & dictarum nominationum confirmatorij, amplificativis, constet nominationibus istis subijci etiam dignitates, & Personatus. Et quamvis per dictas literas Placiti & Concordatorum usus harum nominationum videatur restrictus, ut vigore illarum non liceat Archidiaconatus, Præposituras, & Decanatus acceptare, in clausula incipiente, ne ponderat encores: cæterarum tamen dignitatum inferiorum, & nominatum Personatum acceptatio prohibita dici non potest: exceptio enim cæterarum dignitatum nominatum in dictis Concordatis expressarum, libertatem usus dictarum nominationum in alijs evidenter permittit; ut regulariter exceptio confirmat regulam seu dispositionem in casibus non exceptis, l. Cum vtor de iudic. Bartol. in l. Quæsitum §. denique De fide Jurum. DD. l. i. de reg. iur. † & generalis exceptio dignitatum non rectè extenditur ad Thesaurariam vel personatum, qui quid diversum est à dignitate, c. i. de consuet. lib. 6. & pro dignitate non habetur, nisi ex fundatione, statuto, vel consuetudine talis constitutus, aut habitus sit, *Oldradus conf. 150. in Ecclesia, Panor. in c. de multa De præben. DD. in d. c. i. de consuet. lib. 6. Roia d. decis. 173.* prout etiam per partem adversam non obijciatur, quod hæc Thesauraria in Ecclesia Insulensi sit dignitas.

Nec hoc denique ad affectionem vel specialem reservationem inducendam quicquam facit, quod in statuto seu literis dicti Capituli, atque item in prædictis duabus accommodatis confirmationibus, Thesaurarius teneatur ad residentiam octo mensium singulis annis; & quod ad custodiam templi Presbyterum deservientem in sua provisione debeat tenere; quodque ea, quæ ad officium Thesaurariæ pertinent, juxta consuetudinem prædecessorum fideliter exequatur: nam ista forma respicit dumtaxat hujus beneficij & administrationis officium, unde non potest induci aliqua species affectionis vel reservationis; * cum nullum sit beneficium, quod præscriptum vel ex fundatione, vel ex statuto, vel consuetudine non habeat aliquod officium, propter quod omne beneficium dari solet, c. fin. vers. & officium De rescript. lib. 6. ut vix in sensum hominis cadat beneficium Ecclesiasticum esse sine officio. Atque ita manifestum est in dictis confirmationibus nihil esse, quod possit trahi ad dictæ Thesaurariæ affectionem, reservationem vel

V u 2

incorpo-

incorporationem; quæ non inducitur per quamcumque manus Papæ appositionem, sed dumtaxat per illam, ex qua constat Pontificem vetuisse collationem, electionem, aut dispositionem ipsius beneficii, vel officij, vel eam tollere, vel certis personis, aut rei obnoxiam facere voluisse, c. *Ut nostrum* & ibi D. n. De appell. Quo sensu etiam accipienda sunt verba dictorum Placiti & Concordatorum, *vers. ne par desus ces autres benefices*, loquentia de speciali reservatione, seu incorporatione per indultum, seu provisionem Apostolicam pro aliquo servitio particulari facta. Cum aliqui hæc Honorij Papæ confirmatio, pro indulto, & provisione Apostolica proprie accipi non possit, sed pro nuda approbatione antecedentis statuti dictæ Ecclesiæ & illi accedentis confirmationis Gervasii Episcopi Tornacensis. † Iam verò pro iuris regula traditur, quod qui confirmat actum aliquem aliqui per se firmum & validum, non dicatur dare, *l. Si donare §. 1. De donat. inter vir. & uxor.* Unde est, quod si Papa confirmet alicujus Collegij statuta valida, per hoc non dicantur hujusmodi statuta Papalia, sed statuta Collegij, *Bald. in c. Cum contingat nu. 7. de iurejur. las. in l. More nu. 27. De iurisdic. om. iudic.* Nam ut eleganter docet Baldus, in l. *Ex placito nu. 6. c. De rer. permutat.* tunc censetur confirmans dare, & actum suum facere, quando ita rem producit in esse, ut det originem causæ: cum verò confirmans non producit rem ab origine sua in esse, sed confirmare intendit ex gratia, tunc quia non est causa totalis, sed concurrere, non censetur dare. Atque ita in proposito cum hæc confirmatio Honorij Papæ non sit de actu per se inutili aut imperfecto, sed omnino utili & perfecto (quod etiam evidenter indicant dictæ Bullæ Papalis hæc verba, *Prout a nobis providè ac utiliter sunt statuta*) & præterea in eadem Bulla Papa dicat se grato assensu succurrere postulationibus supplicantium; dubium non est, quin nuda hæc sit confirmatio, & minime gratia, dispositio, reservatio, vel affectus Papalis, & sic minime contenta sub verbis dictorum Placiti, seu Concordatorum, prohibentium usum nominationum in beneficiis per indultum aut provisionem Papalem reservatis. Cum aliqui, cellantibus, & omisissis prædictis verbis dictæ Bullæ Honorij Papæ, dubitandum non sit, quin hæc confirmatio fuerit de actu præcedente valido, & omnino perfecto; tum quod conditio, & qualitas hujus Thesaurariæ non tantum videatur esse ex aliquo statuto tempore hujusmodi confirmationis recente & novo, quam ex antiqua consuetudine, cujus observatio retinenda est: tum quod sit pro lege, c. *Cum olim de consuet.* l. *De quibus de legib.* * tum quod Capitulis seu Collegijs Collegiatis ex iuris dispositione permittatur facere statuta circa Ecclesiæ beneficia, & officia, quæ respiciunt illorum utilitatem & promotionem, non diminutionem aut omnimodam alterationem seu mutationem, c. *Cum accessissent*, cap. *Cum M. Ferrarien. & utrobique D. D. cap. ex parte De consuet.* præsertim accedente Episcopi consensu & cooperatione seu confirmatione; quæ etiam in defectu potestatis statuendi supplet auctoritatem Capituli, & ab eis statuta etiam

circa mutationem beneficiorum corro orare solet: quanto magis cum est de eo, quod mutationem nullam continet, sed est secundum vetera statuta, & antiquas consuetudines, c. *Cum consuetudinis De consuet.* Sic quod ad Pontificis confirmationem impetrandam nulla urgeat necessitas, sed superabundans tantum cautela, & ad bene esse proficit; unde non solet aliquid nocivum inferri, l. *Testamen. C. De testament.* De quibus omnibus, & quod hæc Thesauraria non sit reservatum aut affectum beneficium, sed libera collationis, & dispositionis quoad dictum Capitulum, sequentis temporis usus manifestum fecit, quippe illius non tantum quoad electionem Capituli, sed etiam quoad eundem Thesaurariæ pro tempore rectoris, & possessoris, summa hæcenus semper fuit libertas: quod videlicet per electionem quilibet ad illam fuerit assumptus, & quod assumptus de hoc ut de alio quovis beneficio per viam resignationis disponere potuerit, quod proculdubio non potuisset, si unitum, incorporatum, reservatum, aut affectum fuisset beneficium, *ita decis. 160. alius est §. nota quod beneficium unitum de rer. perm. in antiqu. Freder. de Senu conf. 200. Quod permutatio nu. 2.* Sic quod Capitulum dictæ Ecclesiæ nominato invidere non debeat, quod cogatur pati in possessore hujus Thesaurariæ, ut se invito possit illam ex causa permutationis in eorum manibus, vel ex simplici in favorem alterius resignatione in manibus Papæ, resignare, & resignando jus electionis pro illa vice Capitulo eripere. Quinimo ut verè dici possit in dicta Honorij Tertij Papæ confirmatione aliquam esse speciem affectionis vel reservationis (quæ verè nulla est) illius non esset in hoc iudicio possessorio, imò nec in petitorio habenda ratio; quod per sequentem contrarium usum ab ea affectione & reservatione sit recessum, elegans text. in d. c. *Cum accessissent in fin. De consuet.* * & quod in beneficiis Ecclesiasticorum collationibus, provisionibus, & dispositionibus semper inspiciendus, attendendus, & sequendus sit ultimus eorum status, ad hoc, ut percipiatur qualitas eorum; & an beneficia sint libera collationis seu electionis, an non, c. *Consultat. omnibus de iure patron. c. Cum de beneficio de præben. lib. 6. Bald. in l. Si maior & ibi Gloss. c. Ne de statu defunctorum & c. Paul. Paris. conf. 30. In causa vertente vol. 4. Roland. à Valle consil. 47. Visitationibus nu. 39. vol. 1. Ita ut si quis ultimò beneficium possedit ex libera collatione, vel ex electione illud obtinuit, libera quoque conditionis fuisse in præteritum censi debeat, & tamquam tale in futurum iterum conferri possit, si extrinsecus Collatori, seu eligentibus impedimentum aliquid legitime iniectum non sit: prout per nominationem dicti Impetrantis iniectum est; propter quâ & decretum irritans Bullæ nominationis inferum pro hac vice absque dubio eorum electio impedita fuit. Ex his ergo relinquitur, nullam aut peremptoriam, non esse obiectionem, quæ Impetranti obijciatur ex conditione & qualitate hujus Thesaurariæ, quam Opponens ex confirmatione Honorij Papæ falso existimat fuisse incorporatam, affectam, vel reservatam.*

Alerum, quod Impetranti obijciatur de excessu
taxa

taxa in indulto nominationis præscripta, minorem difficultatem habet; tum quod Opponens allegatum excessum non satis probaverit; tum quod Impetrans per justas attestaciones liquidò probaverit, tantum esse onus hujus Thesaurariae in sustinendis cereis, ac luminaribus, & in sua provisione tenendo sacerdotem deservientem, ut eo deducto parum superfit ex fructibus & emolumentis ipsius Thesaurariae. † In constituendo enim valore annuo, ac taxa cuiusque beneficii, ante omnia deducenda sunt & detrahenda onera, *Gabriel. Cassador. decis. 19. De præben. Rebuff. de nominat. q. 9. nu. 25.* id enim in bonis esse censetur, quod deductis oneribus superest, *l. Subsignatum de verb. signif.* Quod ipsam quoque in prædictis litteris Placiti & Concordatorum specificè expressum est, quod rationibilia onera deduci debeant, *vers. les charges raisonnables deducites*; & ipsam omnem eventum Impetranti sufficere debeat nuda allegatio minoris valoris, quamdiu Opponens non probat majorem, *Rebuff. de nominat. q. 9. nu. 43.* Sic igitur remotis his duabus objectionibus extra periculum manet Impetrantis nominatio, & acceptatio; secundum quam etiam pro eodem Impetrante, in pleno possessorio iudicari deberet: nihil obstante recedentia seu provisionali sententia, quæ ex malo intellectu litterarum Placiti & Concordatorum videtur lata: nam recedentia sententia ex pleniori cognitione retractabilis est. † Visque adeo, ut recedentarius condemnatus in pleno possessorio teneatur ad restitutionem omnium fructuum, quos virtute recedentis percepit, *Rebuff. ad consil. reg. tit. de causis benef. poss. art. 1. Glor. 1. nu. 18.* In quo pleno possessorio hoc Impetranti suffragari plurimum debet, quod Opponens nullum coloratum titulum prætextit, Nam primus, quem constituit in resignatione ex causa permutationis, nullus est: ob id, quod eum prætexat ex collatione, & provisione Præpositi dictæ Ecclesiæ Insulensis, ad quem illius collatio nullo modo pertinet, uti aperte constat ex prædictis litteris confirmationum tam Golumani Episcopi Tornacensis, quam Honorij Papæ Tertij, in quibus aperte dicitur, hanc Thesaurariam esse electionem, non collativam; & Præpositum ejusdem Ecclesiæ in electione ejusdem Thesaurariae nihil juris habere. Ita quod ex defectu potestatis in conferente coloratus titulus non possit constitui, & quod autem in fine de iure patron, sine quo colorato titulo nec colorata possessio constitui potest, *panor. in c. cum nostris nu. 3. de concess. præben. Lud. Rom. cons. 48. Dubitatur primo nu. 14.* † Qui primus quoque titulus corrumpit ex regula Cancellariæ Apostolicæ de infirmis resignantibus; ob id, quod resignans paulò post resignationem decesserit. Quæ regula etiam obtinet in resignationibus factis ex causa permutationis in manibus Ordinarij, saltem ex multorum sententia, *Lud. Gomez. ad reg. Cancell. de infirm. resig. q. 26. Philip. Probos ad c. cum in illis de præben. lib. 6. nu. 54. Rebuff. in tract. de nominat. q. 17. nu. 5.* Licet nonnulli contrarium putaverint, *Molnens ad d. reg. Cancell. de infirm. resig. nu. 12.* quorum opinio nunc subsistere vix potest, posteaquam posteriores Pontifices ampliando dictam regulam addere consueverunt hæc verba, *acceptum*

Consil. Wamef. Tom. I.

beneficium, quavis auctoritate conferatur. Ut non sit dubium, quin in Ordinarijs quoque locum habere censetur, *Quintil. Mandos. ad d. regul. quest. 12.* Sed nec secundus titulus electionis Opponenti prodesse potest; quia per Impetrantis nominationem erant dicto Capitulo clausæ & ligatæ manus, ne posset ad electionem eâ vice procedere, propter clausulam decreti irritantis Bullæ nominationis insertam, *cap. 2. De præb. l. b. 6.* quæ vitiat, & inficit nectum titulum, sed etiam possessionem illius, cui contra dictam nominationem provisum fuit, *Lud. Roman. d. cons. 483.*

De Præbendis.

S V M M A R I U M.

Possessorium inter nominatū ex indulto nominationis Facultatis Artium in Universitate Lovanienſi & apostolicè provisum ex jure cello.

1. Possessio in beneficiis per titulos iustificanda est.
2. Nominatus ad collationem alicuius quid iuris acquirat.
3. Beneficia reservata quæ dicantur, & an à nominato acceptari possint?
4. Valor beneficii quomodo constituendus sit.
5. Nominatio fieri potest non tantum ad vacatura sed etiam vacantia beneficia.
6. 8. Nominatio inſinuatio quomodo collatoribus facienda.
7. Collator an à nominato requirendus?
7. Verbum, Possit, quam vim habeat.
9. Publicatio gratia apostolica in beneficiis, quomodo requiratur.
10. Possessio beneficii etiam per coniugatum acquiri potest absenti.
11. Laicus in beneficiis procurator esse potest.
12. Beneficium acceptari, & eius possessio, etiam die festo acquiri potest.
13. Conſura prima non præſumitur ex maiore ordine.
14. Clericatura quo modo probetur.
15. Beneficii possessor an sui antecessoris titulum iustificare debeat.
16. Mandatum non præſumitur.
17. Notarius probandus est.

CONSILIVM CCLVIII.

IN possessoria causa retinenda possessionis, quæ agit inter Dominum Matthæum Boden Impetrantem, & Antonium Espariault Opponentem de & super Canonicatu, & præbenda Collegiæ Ecclesiæ S. Gertrudis Nivelensis, quam Impetrans ex morte Domini Ioannis de Monte; Opponens ex cessione, ac resignatione Ioannis de Prato ad se utrumque pertinere contendunt; potentius ius est apud Impetrantem: quod deducimus ex comparatione titulorum & juris, quod uterque prætextit. * In possessorijs enim causis beneficiorum non ex sola possessione, ut in rebus profanis, *l. 1. D. Vt possidetis*, sed ex jure quoque ac titulo causa terminanda est: ut ei adjudicetur possessio & is in ea manuteneatur, qui apparentiora jura habet, *Doct. in l. fin. C. De edicto d. Hadr. tollendo*, ita ut possessio in Ecclesiasticis beneficijs mixtæ naturæ sit, & sine titulo, hoc est deductione juris, induci aut concludi non possit, *Rota decis. 55. alias est 2. ad instantiâ Vt lite pend. in novis*, & *decis. 14. alias est 2. juri dubitatu De rest. spoliat. in novis.*

Yu 3

Et